



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Famulus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Famulus, vide Conductor, Dominus.  
Seruus.*

*Festum, vide Ieiunium. Missa.*

1. **F**estum potest Princeps, & Ciuitas indi-  
cere, sed sine obligatione Missam au-  
diendi.

\*Vide *Nau. c. 13. Tol. l. 4. c. 24. Lopez p. 1. c. 52.  
Sylu. vers. Dominica.*

Vide *Abb. in c. Quoniam, de Ferijs. n. 2.*

2. Festum ab Episcopo indictum non obli-  
gat, si Populus ex causa rationabili non acce-  
ptat. *Vide Armil. vers. Festum. num. 5. cum Pan.*  
Quod si receptum est, debent seruare etiam  
Religiosi empti. Non potest autem ipse indi-  
cere sine Cleri, aut Capituli consensu. *Vide c.  
Conquestus, de Ferijs.*

3. Ad festa maiorum voto, aut iuramento  
recepta tenetur quidem Populus, sed non sub  
obligatione voti, aut iuramenti; est enim hec  
personalis.

\*Si centum ab hinc annis processit, *Nau. c. 13.  
12. num. 76.*

4. Non potest Episcopus prohibere alioqui  
in festo licita, causa necessitatis, aut pietatis:  
quod si sub excommunicatione prohibeat,  
nulla est excommunicatio, *secundum Nau. c. 13.  
nu. 15.*

\*Lopez l. c. col. 5.

5. In festo licet doceret, piscari moderatè aut  
certum